

Die 12. Maii.
S. PANCRATII
Martyris.

Introitus. Psalm. 32, 18-20.

Ecce, óculi Dómini super timéntes eum, Esperántes in misericórdia ejus, allelúja : ut erípiat a morte ánimas eórum : quóniam adjútor et protéctor noster est, allelúja, allelúja.

Psalm .32. Exsultáte, justí, in Dómino : rectos decet collaudátio.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper : et in sæcula sæculórum. Amen.

Offertorium. Psalm. 88, 6.

Confitebúntur cœli mirabília tua, Dómine : et veritátem tuam in ecclésia Sanctórum, allelúja, allelúja.

Communio. Psalm. 32, 1.

Gaudéte, justí, in Dómino, allelúja : rectos decet collaudátio, allelúja .